interrogaret:di. Uarijs penis affligoꝛ
pꝛecipue qꝛ tale cimiteriū violaui. ⁊ ibi
q̄ndā fulnerans eū cappa expoliaui sua
q̄ mihi supponit̃ ⁊ vno mōte magis me
ꝑmit. rogauit q; vt ꝓ se orōnes fieri fa=
ceret. Cum aūt ille sibi diceret an vellet
ꝙ a tali ⁊ tali sacerdote ip̄as orōnes fa=
ceret fieri. ille ad hꝰ nihil rn̄dens. caput
moꝛe rēnuentis concussit. Deinde dixit
si vellet ꝙ talis heremita pꝛo se oꝛaret:
Cui ille. Utinam ille ꝓ me oꝛaret. qḋ
cum se facturū ꝓmitteret. Et ille ait: et
ego dico tibi qꝛ ab hac die vsq; ad duos
annos tu etiam moꝛieris. Sicq; ille di=
sparuit. ⁊ miles vita sua in melius muta
ta: in dn̄o obdoꝛmiuit. ¶ Qḋ aūt dictū
est. suffragia facta ꝑ malos ꝓdesse non
posse. Intelligēdū est. nisi sint opa sacra
mentalia. vt est celebratō misse. q̄ a malo
ministro violari non potest. vel nisi ipse
defunctus vel aliquis eius amicus. aliq̄
bus etiam malis aliq̄ dispensanda reli=
quisset. q̄ tn̄ continuo dispensare dn̄t ne
sibi contingat qḋ cuidam ꝯtigisse legit̃
¶ Miles em̄ quidā in bello Karoli ma
gni cū mauris pugnaturus. rogauit co=
gnatum suū vt si in bello moꝛeret̃: equū
suū venderet ⁊ paupibus p̄cium daret
Quo moꝛtuo cum equus sibi nimis pla
ceret eum sibi retinuit. ⁊ post modicuꝫ
tp̄is defunctus ei tanꝙ sol fulgēs appa=
ruit: di. Cognate bone ꝑ octo dies me fe
cisti pati penas in purgatoꝛio ꝓpt̃ equū
cuius p̄cium (vt dixeram) pauperibus
non dedisti. Sed impune non feres. ho
die em̄ ferent animam tuam in infernū
dyaboli. ⁊ ego purgatus vado in regnū
dei. ecce subito in aere auditꝰ est clamoꝛ
velut leonum. vrsoꝛum. lupoꝝ. et ip̄m
de medio abstulerunt.

## Quatuoꝛ coꝛona

ti fuerunt Seuerus. Seuerianꝰ
Coꝛpofoꝛus ⁊ Uictoꝛinus qui iubente
Dyocleciano vsq; ad moꝛtem ictibꝰ plū
batoꝛum cesi sunt. Hoꝝ noīa cum repi
ri nō possent. que tn̄ post multos annos
dn̄o reuelante reperta sunt statutū fuit
vt eorum memoꝛia sub noībus alioꝛuꝫ
quinq; martirum. s. Claudij. Castoꝛij.
Simphoꝛiani. Nicostrati ⁊ Simplicij
recolentur. qui post duos annos a mar=
tirio pꝛedictoꝝ passi sunt. Isti em̄ marti
res cum oēm sculpture artem haberent.
⁊ dyocleciano ydolum quoddam scul=
pere nollent. nec sacrificare aliquatenꝰ
consentirent. iussu ipsius dyocleciani in
loculos plumbeos viui missi sunt. ⁊ sic
in mari p̄cipitati circa annum domini
cclxxxvij. Sub noībus igit̃ istoꝝ quinq;
statuit Melchiades papa p̄dictos qua
tuoꝛ honoꝛari ⁊ quatuoꝛ coꝛonatos vo
cari an̄. s. ꝙ eoꝝ noīa reperientur. Et li
cet postmodū noīa reperta fuerūt. vsus
tamen obtinuit vt quatuoꝛ coꝛonati de
inceps vocarentur.

## Theodoꝛꝰ in vr

be marmaritanoꝝ. sub Dyocle=
ciano ⁊ Maximiano martiriū passus ē
Cui cum pꝛeses diceret ꝙ sacrificaret et
pꝛistinā militiam recipet. rn̄dit theodo
rus. Ego milito deo meo ⁊ filio eiꝰ ih̄u
xp̄o. Cui pꝛeses. Ergo deus tuus filium
habet? Cui theodoꝛꝰ. Etiam. Ad quē
pꝛeses. Possemus eum cognoscere? Et
theodoꝛus. Eum vtiq; potestis cogno=
scere ⁊ ad eum accedere. Datis igitur in
ducijs sancto Theodoꝛo vt sacrificaret
templum martis deoꝝ noctu sanctus so
lus introiuit. ⁊ igne supposito totum il
lud succendit. qui a quodam q̄ hoc vi=
dit accusatus in carcereꝫ vt fame ibi mo
reretur: reclusus est. Cui dn̄s apparens
dixit. Confide serue meus Theodoꝛe.
quia ego tecum sum. Tunc turba mul
ta dealabatoꝝ viroꝛum clauso ostio ad
eum veniens cū eo psallere cepit. quod
videntes custodes territi fugerunt. Cū
aūt inde eductus fuisset. ⁊ ad sacrificia
inuitaretur: ait. Si carnes meas igne cre
maueris. ⁊ varijs consūmas supplicijs.
donec fuerit sp̄us in naribus meis. non
denegabo deū meū. Tunc ad p̄ceptum

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-286/0432
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG